Herrn Conrector Prof. Dr. Fleckeisen
mit besonderer Hochachtung
d. Verfass.

DE
THEOPHRASTI ERESII LIBRIS PHYTOLOGICIS.

PARTICULA PRIMA.

DISSERTATIO
INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ACADEMIA VIADRINA VRATISLAVIENSI

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

DIE IX. m. FEBRUARII MDCCCLXXIV. 1874

H. XII.

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

OSKAR KIRCHNER

VRATISLAVIENSIS.

ADVERSARII ERUNT:

A. SCHULTZ, CAND. PHIL. **A. HANKE**, CAND. PHIL.

VRATISLAVIAE

TYPIS SOCIETATIS TYPOGRAPHICAE VRATISLAVIENSIS.

1874.

FERDINANDO COHN

PRAECEPTORI CARISSIMO.

§ 1.

A cognitione rerum naturalium haud alieno, imprimis plantarum scientiae operam navanti mihi gratissimum accidit ut huius studii mei magister *Ferdinandus Cohn* Theophrasti Eresii scriptorum non ignarus me adhortaretur ut eius libros qui propter materiam tractatam a philologis, propter scribendi rationem et verborum traditorum obscuritatem a botanicis neglecti tamen utrisque memorabiles essent, vel nunc vel in posterum tempus, quantum huius operis suscipiendi in me facultatis esset, redintegrare atque explanare conarer. Quod consilium initio cupide amplexus mox cum illos libros accuratius inspexissem intellexi tale inceptum et vires meas et tempus, quod adspiranti ad literas antiquas cognoscendas datum est, tam longe excedere ut illum laborem in tempora faustiora et aptiora differrem. Tamen tantus amor Theophrasti me ceperat ut passim eum legerem et eas quaestiones quae vires meas superare non viderentur, exponere ac si minus res botanicas at quae ad rationem et compositionem librorum pertinerent, disquirere consituerem. Imprimis viros doctos animadvertens dubitare, utrum Theophrastus ea quae in libris phytologicis explicavit, ipse viderit atque observaverit, an aliorum auctorum vel dicta vel scripta collegerit et composuerit, in hanc rem inquirendum,

ante alia quatenus Aristotelis doctrinam et verba discipulus sequatur, quae ab illis diversa proferat, videndum esse putavi. At totius disquisitionis fundamentis, ut est philogi, codicum scilicet auctoritate librorum traditoram integritate et fide examinatis multa incerta, alia dubia, alia suspecta esse vidi. Propterea, ne ipsis principiis labefactis omnis labor, omne studium vana sint, antequam ad ea quae initio mihi proposui accedam, primum quomodo codicum dignitas sit aestimanda et qua ratione codicibus ipsis utendum, deinde quae partes eorum librorum qui Θεοφράστου περὶ φυτῶν ἱστορίας et περὶ φυτῶν αἰτιῶν inscribi solent, vel merito vel falso suspectae sint, demonstrandum mihi erit.

Altera pars rationem Theophrasti in conscribendis libris phytologicis adhibitam tractans longe plurima in illis scriptis narrata ab ipso auctore observata esse explicabit, reliquorum vero fontium genera in universum enumerabit. Tertia accuratius quatenus Theophrastus Aristotelis doctrinam sequatur illustrabit.

Quae cum huius libelli fines longe excederent, hic solam partem primam typis exscribendam curavi, reliqua alio loco mox proditura esse spero.

Caput I.

Quomodo Theophrasti codicibus est utendum?

§ 2.

Comparati sunt Theophrasti librorum phytologicorum codices hi:

Urbinas, bibliothecae Vaticanae nr. 61. (U.)

Medicei duo, bibliothecae Laurentianae Florentinae, plut. 85 cod. 3 et cod. 23 (M.)

Vindobonensis, bibliothecae Caes. Vindobonensis nr. 49. (V.) qui continet historiarum libros I—V. et sexti capita duo.

Parisiensis, bibliothecae nation. Parisiensis nr. 2069 (P.) cuius scripturae in historiarum libris comparatae sunt.

Accedunt Excerpta Parisiensia nr. 1823 (P2), continentia excerpta e novem libris historiae plantarum.

De his codicibus J. G. Schneider[1]) et Frid. Wimmer in tribus editionibus[2]) ita disserunt, ut Urbinatem

---

[1]) Theophrasti Eresii opera quae supersunt omnia etc. coniuncta opera Linkii ed. Jo. G. Schneider, Saxo. V voll. Lips. 1818—1821.

[2]) Theophrasti Eresii Historia Plantarum. Ed. Fridericus Wimmer. Vratisl. 1842. — Idem: Theophrasti Eresii opera quae supersunt omnia. III voll. Lips. 1854—1862. — Idem: Theophrasti Eresii opera, cum versione latina. Parisiis 1866.

longe optimum esse, excerpta Pariensia proxime ad eum accedere dicant, ceteros multo minoris momenti esse animadvertant. Tamen praecipue Schneider in edendo Theoprasto adversa usus fortuna, quia post finitum et vulgatum opus collationem Urbinatis accepit, firma ratione inita codices non adhibuit, sed quidquid ex uno alterove melius esse ei visum est, id in textum recipere non dubitavit; sed ne Wimmer quidem, etiamsi Urbinatis lectiones editionis suae fundamentum efficere et dicit et ostendit, de reliquorum manuscriptorum dignitate et auctoritate satis accurate cogitavit. Propterea quid de singulis codicibus censeam, quomodo eorum quasi familiae discerni possint, paucis exponam, unde facile colligi poterit, quem ad modum iis in recensendis Theophrasti scriptis utendum sit.

In hac re mihi adnotandum est me scripturae varietates exscripsisse e Wimmeri editione Teubneriana, ubi lectionis discrepantiae graviores collectae sunt, nec neglexisse quae Schneider et Wimmer in editione Vratislaviensi afferunt; sed tamen collatio codicum non ita est accurata, ut semper quid omnes libri scriptum habeant, diiudicare possimus, et nova omnium codicum collatio admodum est desideranda. Propterea quae commemorabo recta quidem esse puto, sed fortasse alia exempla ad comprobandam sententiam meam inveniri posse codicibus accuratissime pervolutatis non nego, quae exempla vix talia erunt quae quod demonstraturus sum, concutiant.

Codex Urbinas.

§ 3.

De Urbinate recte statuerunt, quod non difficile fieri potuit, Schneider et Wimmer, quia eum innumerabilibus locis scripturam antiquam servasse adeo manifestum est, ut etiam perpauca capita percurrenti quanto melior sit ceteris appareat. Urbinas reliquis praestat primum quod permulta verba aut enuntiata, quae ante eum cognitum sensu carebant, recte et perspicue exprimit; deinde quod accuratius quam ceteri nomina propria, librariis plerumque ignota et propterea deformata, nobis tradit; tertium quod haud raro, ubi reliqui codices manifesto verborum aliquem numerum omiserunt, verbis necessariis et rectis lacunas implet. Cum ad cognoscendas differentias codicum opus sit haec verba ab Urbinate praebita inspicere et cum ceterorum verbis comparare, omnes eos locos ubi omissa ab aliis codicibus ab Urbinate supplentur, ita hic scribam, ut quae sint illa supplementa lineolis includentibus notem, verba nonnulla praecedentia et sequentia apponam, quo facto plerumque causa neglegentiae apparebit.

III, 12, 5 [1]) καὶ ἄκρῳ σελινοειδὲς — τὸ δ᾽ἐπὶ τῶν παλαιοτέρων πολυσχιδὲς σφόδρα καὶ ἐγγωνοειδὲς — μείζοσι σχίσμασι.

III, 12, 7. εἰσὶ δὲ περὶ μὲν τὰ παλαιότερα — καὶ μακρότερα πλείους αἱ συζυγίαι, περὶ δὲ τὰ νεώτερα — καὶ βραχύτερα ἐλάττους.

---

[1]) Solis numeris semper libros historiae plantarum, praeposita litera C. causas plantarum significo.

III, 14, 2. πλὴν μακρότερον — πολὺ καὶ μανότερον — καὶ λειότερον.

IV, 2, 8. καὶ γὰρ — ἐπὶ τῶν ἀκρεμόνων καὶ — ἐπὶ τῶν βλαστῶν.

IV, 3, 5. οὐκ ἐν πολλῷ δὲ βάθει — ἀλλὰ μάλιστα ἐπ' ὀργυίαις τρισίν. τὸ δ' ὕδωρ ἔνθα μὲν γλυκὺ — σφόδρα, ἔνθα δὲ ἁλυκόν.

IV, 6, 2. φανερώτατα μὲν καὶ κοινότατα — πᾶσιν τό τε φῦκος καὶ τὸ βρύον καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα· φανερώτατα δὲ — καὶ ἰδιώτατα.

IV, 9, 2. πρὸς τὸν καρπόν. — ἔχει δὲ ἐκ τοῦ ἑνὸς καυλοῦ — καὶ παραβλαστήματα πλείω.

IV, 11, 3. φασὶ δὲ καὶ δοκεῖ βαθυνομένης τῆς λίμνης — αὐξάνεσθαι τὸν κάλαμον εἰς μῆκος — μείναντα — δὲ — τὸν ἐπιόντα ἐνιαυτὸν ἁδρύνεσθαι.

IV, 11, 13. ἔστι δὲ ὁ μὲν ἄρρην στερεός, — καλεῖται δὲ ὑπό τινων εἰλετίας. ὁ δὲ ἰνδικὸς ἐν μεγίστῃ διαφορᾷ καὶ ὥςπερ ἕτερον ὅλως τὸ γένος· ἔστι δὲ ὁ μὲν ἄρρην στερεὸς — ὁ δὲ θῆλυς κοῖλος.

IV, 14, 5. νοσεῖ δὲ συκῆ — καὶ ἐὰν ἐπομβρία γένηται· τά τε γὰρ πρὸς τὴν ῥίζαν — καὶ αὐτὴν τὴν ῥίζαν ὥςπερ μαδᾷ.

V, 1, 2. τρίτα δὲ — καὶ ἥκιστα — τὰ ἐν τῷ τρίτῳ.

V, 2, 2. ὀζώδη καὶ τὰ ἐκτός· — καὶ οὗτοι χαλεπώτεροι τῶν ἐκτὸς — καὶ φανεροί.

V, 3, 5. καὶ τὸ ἀπὸ τοῦ φύλλου· — καλοῦσι δὲ οἱ τέκτονες τὸ ἀπὸ τοῦ φύλλου — τὸ ἄνω.

V, 7, 4. ἐλάτη τε καὶ πεύκη καὶ κέδρος — ἔτι κυπάριττος δρῦς [πεύκη καὶ κέδρος] — ἄρκευθος.

V, 8, 1. οὐκ ἔτεμνον οἱ βασιλῆς — ἅμα μὲν τηροῦντες καὶ ταμιευόμενοι — ἅμα δὲ καί.

V, 9, 4. ἐξάπτουσι — παρὰ μέρος — κατακεντοῦντες ὀβελίσκοις.

VI, 3. 7. τὴν μὲν οὖν ναρθηκώδη — καὶ ὅλως τὴν ἀκανθώδη — φύσιν ἐν τοῖς τοιούτοις θεωρητέον.

VI, 4, 4. τῷ τὰ μὲν πολύκαυλα εἶναι καὶ ἀποφύσεις ἔχειν — ὥςπερ ὁ ἄκανος, τὰ δὲ μονόκαυλα καὶ μὴ ἔχειν ÷ ὥςπερ ὁ κνῆκος.

VII, 3, 4. δὲ τὸ ὤκιμον. — ἔστι δὲ τὰ μὲν ἀκρόκαρπα καθάπερ ὤκιμον — πράσον κρόμυον· τὰ δὲ.

VII, 4, 12. τοῦ τε σκορόδου — καὶ τοῦ κρομύου· ἀλλὰ τοῦ μὲν σκορόδου — ὅταν ἀνοιδήσῃ.

VII, 7, 1. οἱ δὲ μυρία ἄλλα καλοῦσιν, — σκάνδιξ καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα σκανδικώδη, τραγοπώγων, οἱ δὲ κόμην καλοῦσιν, — ὃ τὴν μὲν ῥίζαν.

VII, 8, 2. ὥςπερ καὶ ἐν τοῖς ἡμέροις — καὶ τὰ μὲν εὐθύκαυλα τὰ δὲ σκολιόκαυλα καὶ τούτων τοῖς ἡμέροις — ὑπάρχει.

VIII, 2, 7. πυροὶ δὲ — ἐν τῷ ἑβδόμῳ θερίζονται· — περὶ δὲ τὴν Ἑλλάδα.

VIII, 7, 1. καὶ τοῖς τοῦ αἰγίλωπος ὑπάρχει, — ἀλλ' ἐκφανὴς γίνεται καὶ (ἐπὶ?) τοῖς τοῦ αἰγίλωπος — τοῦ ἦρος.

VIII, 8, 2. περὶ Ἐλάτειαν οἱ πυροὶ — ποιοῦσιν ἡμιόλια τὰ ἄλευρα, καὶ ἐν Σόλοις τῆς Κιλικίας καὶ οἱ πυροὶ — καὶ αἱ κριθαί.

VIII, 8, 5. τὸ αἱμόδωρον — καλούμενον μᾶλλον ἰδίᾳ. ἔστι δὲ τὸ αἱμόδωρον — μονόκαυλον.

VIII, 9, 3. — καὶ περὶ μὲν τούτων ἅλις. —

VIII, 10, 1. καὶ ὑπὸ φύλλων, — τινὰ καὶ ὑπ' ἄλλων — θηριδίων.

IX, 5, 2. ἄλλοι δὲ θαμνῶδες — μὲν καὶ ἔτι μᾶλλον φρυγανῶδες εἶναί — φασι.

IX, 7, 1. τοῦ Ἀντιλιβάνου· — ὁ γὰρ Ἀντιλίβανος μακρὰν ἀπέχει τοῦ Λιβάνου, — καὶ μεταξὺ τούτων.

C. I, 20, 2. ἐκ γὰρ τῶν ὁμογενῶν — ἃ καλοῦσί τινες πλοῖα, περιρρηγνυμένων — ἐκφαίνεται.

C. I, 21, 2. τὰ ἀπύρηνα — καὶ τὰ μαλακοπύρηνα — μάλιστα ζητοῦμεν.

C. II, 13, 5. ἐκ τραχέων μαλακὰ — καὶ ἄλλας τοιαύτας ἔχοντα μεταβολάς. — αἴτιον δὲ.

C. II, 14, 4. τὰ δ' ὀφθαλμιζόμενα — ἢ ἐγκεντριζόμενα — οὐ πέφυκε.

C. III, 11, 5. ἀντιλαμβάνεσθαι — καὶ ἐν ταῖς ἐπομβρίαις μὴ ἐκσήπεσθαι. — διὰ τοῦτο.

C. III, 12, 2. πολλάκις οὐκ — ἀπὸ τῆς γῆς μόνον ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ ἡλίου καὶ — ἀπὸ τοῦ ἀέρος.

C. III, 15, 5. ὅπως καὶ ῥιζωθῶσι — καὶ αὐξηθῶσι. — καὶ περὶ μὲν.

C. III, 24, 2. τὰ μὲν γὰρ προτερεῖν δοκεῖ — τὰ δ' ὑστερεῖν, ὥςτε τὰ μὲν ὑπὸ χειμῶνος — τὰ δ' ὑπ' αὐχμῶν ἀπόλλυται.

C. IV, 1, 3. τὸ γὰρ ἀσθενὲς εὐπαθέστερον. — δι' ὃ καὶ τὰ εὐπαθέστερα ἐπέτει ταχυβλαστότερα καὶ ἅμα τὸ κοινὸν αὐτοῖς ὥςπερ ἕτερον — εἰς τὸ παθεῖν.

C. IV, 2, 2. καὶ ὁ ἐρέβινθος — καὶ ὁ ὄροβος· μόνα γὰρ δὴ καὶ οὐ ζωοῦται τῶν χεδροπῶν ὁ θέρμος καὶ ὁ ἐρέβινθος· — ἀλλ' ὅ γε.

C. IV, 8, 4. καταξηραίνουσα — καὶ ἐξικμάζουσα — τὴν ὑγρότητα.

C. IV, 11, 3. ὁ δὲ τρίμηνος — καὶ δίμηνος — ὀλιγόρριζος.

C. IV, 12, 1. ὡςάν τι νενοσηκὸς — ἢ πεπονηκός. — ὑπὲρ δὴ τούτων.

C. IV, 12, 4. πυκνά τε — καὶ βαρέα — καὶ σκληρά.

C. V, 4, 5. ὑποληπτέον γίνεσθαι — καθάπερ ἐλέχθη· τὸ γὰρ αὐτοῦ τοῦ δένδρου τοιαύτην τινὰ γίνεσθαι — σῆψιν.

C. V, 11, 1. κατὰ φύσιν. — κατὰ φύσιν — μὲν αἱ γῆρα.

C. V, 15, 5. ἀποσκληρυνθέντος — καὶ τούτου καὶ τοῦ ἐντὸς — οὐ δύναται.

C. V, 17, 6. τὸ ἔσχατον — καὶ τελεώτατον — ὁ καρπός.

C. VI, 3, 5. γὰρ καρποῦ — τοιοῦτος ἀλλ᾽ εἴπερ φύλλου καὶ καυλοῦ — καὶ κελύφους.

C. VI, 7, 7. καὶ διαφθαρέντος — ὑπὸ τῶν ἐκτός. — οὕτως γάρ.

C. VI, 8, 2. συλλεγομένας — καὶ κεχειμασμένας τε μάλιστα καὶ τετελεωμένας — διὰ γάρ.

C. VI, 9, 4. ἥκιστα εὔοσμον — ὡς οὐ μιγνυμένων ἅμα τοῦ γλυκέος καὶ εὐόσμου· — καίτοι ἄμφω.

C. VI, 11, 5. ὡς οὐκ ἔχουσιν — οὐδὲν περίττωμα, δύναμιν δὲ ἔχουσιν — εἰς τὸ πέττειν.

C. VI, 12, 3. ἐν τοῖς αὐτοῖς — μέρεσι τοῖς — ἄνω πᾶσιν.

C. VI, 17, 6. ἄλλως τε — καὶ ὧν κατὰ τὴν γεῦσιν ἡ ἀπόλαυσις. ἐπεὶ — καὶ τῶν.

Exceptis duobus locis ultimis historiae plantarum, quae etiam excerpta Parisiensia praebent, omnia illa supplementa in solo Urbinate sunt scripta. Cum igitur ceterorum quattuor codicum, Parisiensis, Vindobonensis, Mediceorum, nullus ne unum quidem horum supplementorum habeat, apparet eos esse quasi congeneres et omnes ex uno fonte derivatos, in quo illorum locorum verba scribarum neglegentia omissa erant, sive hic fons unus ex his codicibus ipsis sive alius liber nobis non servatus fuit.

Quamquam vidimus, quod inter omnes constat, Urbinatem omnium codicum esse praestantissimum, tamen non ita lectionem priscam servavit, ut coniciendo et suspicando nobis non opus sit; immo multas in eo invenimus lacunas manifestas, tantamque librariorum neglegentiam, ut Theoprasti opera iis adscribenda sint, quae ex antiquis temporibus male nostrae memoriae tradita sunt. Talem hunc librum manuscriptum esse

et magno numero verborum adhuc non sanatorum necessariisque coniecturis creberrimis patet et postea (§ 13, pag. 32) exemplis accuratius demonstrabitur.

Excerpta Parisiensia.

§ 4.

Excerpta Parisiensia semper fere cum Urbinate concinunt et recta et falsa scribente, nisi quod parvae differentiae nullius momenti saepe adsunt, sed numerus haud parvus locorum est, ubi vel Urbinate meliora offerunt vel verba, quamquam nusquam plura, ab illo omissa praebent. Haec excerpta iis codicibus non esse adnumeranda, qui multo peiores Urbinate inter se sunt similes, ea re demonstratur, quod una cum Urbinate duobus locis, IX, 5, 2 et IX, 7, 1, verba ab omnibus ceteris omissa scripta habent. Ex Urbinate ipso ea esse descripta non est putandum propter aliquot verba quae excerpta Urbinate melius praebent, quae non possum omnia afferre, sed nonnulla exempla satis erunt:

P_2.	U.
I, 5, 2. οἷον συκῆς.	συκῆς.
I, 10, 10. ἐξ ἰνὸς δὲ.	ἐξ ὑγροῦ δὲ.
II, 2, 9. ἤδη δέ τινες.	πλὴν ἐκεῖνο δέ τινες.
II, 5, 4. ἄμμον.	ἄμμου.
II, 7, 4. ταύτην εἶναι φησι	ταύτην οἶμαι φησι.
IV, 3, 2. ἐπιλιπόντων.	ὑπολειπότων.
IX, 4, 5. δέ τινας.	δὲ χεινους.
IX, 4, 6. καὶ τὸν ἱερέα.	τὸν ἱερέα.
IX, 4, 7. εὐοσμότερα.	εὐοδμότερα.

Quae emendationes coniecturas non sapiunt, ut omnino non solum haec excerpta sed omnes alios quoque Theophrasti codices coniecturis et gravioribus emendationibus liberos esse puto, quod propter librariorum

inscitiam rei tractatae per se verisimile est. Qua de causa excerpta Parisiensia non descripta sunt ex Urbinate, sed ei similia, fortasse ex eodem libro descripta atque ille, quod diiudicare nequeo. Sed quoquo modo haec res se habeat, id certum videtur, P_2 et auctoritate et dignitate Urbinati paria esse; non meliora, nam iisdem vitiis atque Urbinas depravata sunt.

Jam nunc agendum est de codicibus Mediceis, Parisiensi, Vindobonensi, e quibus primum Vindobonensem explicabo, quia eum in disquirendis huius familiae fontibus non esse respiciendum intellexi.

Vindobonensis.

§ 5.

Hic codex plerumque cum Mediceis congruit aut, si verba quaedam ab eorum lectione differunt, tam facile est visu Mediceorum lectionem neglegentia tantum esse mutilatam, ut exemplis haec illustrare, quod propter spatium quoque comparatione codicum absumptum non esset aptum, plane inutile sit. Eos modo locos afferam, quibus aut Vindobonensis meliora Mediceis affert aut utriusque lectio falsa errorem Vindobonensis demonstrat:

	V.	M.	U.
I, 10, 8.	ταξίφυλλα.	τὰ ξίφυλλα.	ταξίφυλλα.
II, 7, 4.	ὄνω λοφούρων.	ὄνων λοφούρων.	τὴν λοφούρων.
III, 7, 4.	περιπυρηνίου σκληρότερον.	περὶ πυρηνίου σκληρότερον.	περὶ πυρηνίου σκληρότητα.
IV, 2, 11.	ὡςὰν εἰ δένδρα.	ὅσ᾽ ἂν εἰ δένδρα.	ὡς ἀνάδενδρα.
IV, 4, 4.	καὶ δίφυλλοι.	δίφυλλοι.	καὶ δίφυλλοι.
V, 4, 7.	καταρίγνησθαι.	καταρίγεσθαι.	κατάγνυσθαι.
V, 7, 6.	πηδὸς.	πήδος.	πηδος.
V, 8, 2.	διασχίοισι.	διασχίασι.	διασχισθεῖσι.

Quae recte scribuntur, I, 10, 8 ταξίφυλλα pro τὰ ξίφυλλα M. et V, 7, 6 πηδὸς pro πήδος M., non eiusmodi sunt, ut e simplici correctione levissima, vel etiam e lapsu calami fortuito nata esse nequeant. E reliquis exemplis perspici potest, quomodo recta Urbinatis verba depravata in Mediceis etiam perversius in Vindobonensi scripta sint. Cum igitur nihil proferri possit quod Vindobonensis melius exhibeat quam Medicei, cum ne coniectura quidem aliquid emendare studeat, concludendum esse puto Vindobonensem meram esse descriptionem Mediceorum quae in constituendo textu nullo modo respicienda sit, et quidquid a Mediceorum scriptura discedat, nihil nisi librarii errorem esse.

Medicei.

§ 6.

Medicei duo inter se adeo non differunt, ut unius instar ab editoribus recte sint habiti et alterum ex altero, fortasse M_1 ex M_2, ut equidem opinor, descriptum esse appareat. Eodem modo et Schneider post acceptam Urbinatis collationem et Wimmer intellexerunt Mediceorum auctoritatem multo minorem, verba ab iis tradita multo peius servata esse quam Urbinatis; sed non disquisiverunt, utrum Mediceis propria Theophrasti librorum traditio inesset, quamquam sit peior, an fons eorum aliquo modo ipse Urbinas esset. Semel tantum Schneider ad hanc rem nonnulla locutus est, in tomo V. pag. 112, ubi dicit ad C. IV, 4, 12: »Atque hic unicus est locus, ubi Mediceus supplementum idem cum Urbinate suppeditat: multa alia non habet: unde dubitari merito potest, an Mediceus ex Urbinate fuerit male descriptus.« Quam sententiam

improbat Wimmer in editione Vratislaviensi, praef. pag. XVII: »Quod Schneider sibi colligere visus est Mediceos codices ex Urbinate male descriptos fuisse, id quibus argumentis nitatur equidem non reperio: imo opinionem eam omnis horum codicum condicio refutat.« Recte Wimmer se non reperisse dicit quibus documentis Schneider sententiam suam firmet, nam praeter verba a me allata nusquam de Mediceorum derivatione ex Urbinate in Schneideri editione verba fiunt, et ille solus locus certe nihil demonstrat. Tamen quae Wimmer addit, Schneideri opinionem omni Mediceorum condicione refutari, mihi non probantur, siquidem bene intellego, quid »omnis condicio codicum« sibi velit. Nam etiam ei qui scripturae varietates celeriter percurrit, quia Medicei aut nunquam aut rarissime aliquod verbum melius tradunt quam Urbinas, saepissime Urbinatis verba quae bene se habent a Mediceis deformata sunt, illius Schneideri sententiae in mentem veniet. Quod cum ego quoque animadverterem, diligentius in hanc rem inquisivi et quid assecutus esse mihi videar, paucis exponam.

Certum est Mediceos, ubi diversa ab Urbinate afferunt, exceptis paucis locis quos postea afferam, complura verba aut complures versus omisisse, aut deteriora Urbinate ac saepe talia praebere quae ex Urbinatis scriptura errore aut neglegentia nata esse appareat. Ex his iam colligi posse videtur Mediceos ex Urbinate male descriptos esse; sed tamen nonnulla repugnant. Sunt enim loci quidam, quibus aut Mediceorum lectio sine ulla dubitatione Urbinatis scripturae praeferenda est, aut inter librorum verba optio dari videtur, e quibus ut res ipsa accurate examinari diiudicarique possit, graviores quantum potui collegi, sed omisi eos qui

nil nisi levem lapsum calami aut verborum traiectum ostendunt.

	M.	U.
II, 5, 4.	δὲ ἐλάας.	δὲ καὶ τῆς ἐλαίας.
		α
III, 4, 2.	ἀκτέος.	κτεος.
III, 5, 4.	ἔνδηλοι.	ἔνδηλα.
III, 12, 6.	δ' οἰῶν.	δ' οἴης.
IV, 6, 6.	καὶ μακρὰν.	καρτερὰν.
IV, 2, 9.	ὁμοιότερα.	ὁμοιώτερα.
IX, 8, 4.	ὅταν δὲ.	ἄντ' ἂν δὲ.
C. I. 14, 1.	βελτίων καὶ.	βέλτιον καὶ.

Non potest dubitari quin III, 4, 2. III, 5, 4, VI, 2, 9, IX, 8, 4. a Mediceis recte, ab Urbinate falso sint tradita, sed propterea colligendum esse Mediceorum scripturas ex alio fonte atque Urbinate emanasse non puto. Si enim statuamus Mediceos ex Urbinate descriptos esse, postquam illud insanum κτεος superscripto α correctum est, Medicei emendationem propriam non praebent; ceteri loci, ubi Urbinas III, 5, 4 ἔνδηλα, VI, 2, 9 ὁμοιώτερα, IX, 8, 4 ἄντ' ἂν δὲ exhibet, adeo aut grammaticae legibus repugnant aut sensu carent, ut etiam librarius qui sine iudicio descripsit eos facile emendare potuerit. Utrum II, 5, 4 δὲ ἐλάας M. an δὲ καὶ τῆς ἐλαίας U. melius sit traditum, vix poterit diiudicari, si neglegentes utrum sit rectius animadvertimus voces ἐλάα et ἐλαία et ab Urbinate et ab aliis codicibus promiscue scribi [1]), coniunctionemque καὶ et articulum τῆς sine sententiae detrimento et omitti et adiungi posse; id certum videtur haec verba eiusmodi non esse, ut Mediceis nihil rei esse cum Urbinate necessario conclu-

[1]) cf. Wimmer ad I, 3, 1. ed. Vrat.

dendum sit. III, 12, 6 utraque lectio ferri potest, si igitur Urbinatis auctoritatem Mediceorum maiorem esse putemus, Urbinatis verba praeferenda erunt; et IV, 6, 6 ab Urbinate tradita per se meliora sunt quam Mediceorum lectio, quam cur Wimmer acceperit nescio! C. I, 14, 1 utraque lectio est falsa, et βελτίων M. pro βέλτιον U. merus error librarii esse potest, quales innumeri inveniuntur.

Si igitur reputamus lacunas quae in Urbinate haud paucae exstant, nunquam a Mediceis suppleri, immo Mediceos multa omittere quae Urbinas praebet, Mediceos aut cum Urbinate consonos esse aut exceptis paucis locis supra commemoratis Urbinate deteriora offerre, quae ex Urbinatis verbis perverse emanasse saepissime appareat, colligendum esse puto, Mediceos novam Theophrasti recensionem non continere, sed aliquo modo ex Urbinate originem ducere. Utrum statim ex Urbinate descripta sint et ea de causa errores et neglegentia describendi Mediceorum librario tribuenda sint, an Mediceos accurate quidem, sed e malo Urbinatis apographo descriptos esse putemus, infra (§ 13. pag. 32) diiudicare conabor.

Parisiensis.

§ 7.

Eidem familiae codicum quae Mediceos et Vindobonensem continet, Parisiensis quoque est adnumerandus, quia et verba illa supra (§ 3) relata quae solus Urbinas supplet, una cum his codicibus non praebet, et verba depravata semper fere eadem ostendit quae Medicei, Urbinate recta servante. Quaeritur igitur solum, qualis sit eius dignitas inter huius familiae mem-

bra: utrum ad Urbinatem propius accedat quam alii, an Mediceis deterior sit; utrum e Mediceis aut Medicei ex eo descripti sint, an uterque propriam recensionem praebeat. Has quaestiones ut quam certissime solvamus, lectiones Mediceorum et Parisiensis comparare oportet; plerumque etiam hi codices eadem tradunt, eos locos ubi differentiae graviores et tales mihi videbantur, ut aliquid demonstrare possent, collectos ad comparationem instituendam sic adscribam, ut Urbinatis quoque scriptura semper fere recta ostendens adnotetur et priore loco ea commemorentur quae Parisiensis deterius, posteriore quae melius Mediceis habeat, et postea quid concludendum sit, proponatur. Peiora Parisiensis haec exhibet:

U.	M.	P.
I, 13, 5. τῷ γένει τοιαῦτα.	τῷ γένει τοιαῦτα.	τῷ γένει τοιαύτην.
II, 5, 2. ἣ μὲν σώματος.	ἣ μὲν σώματος.	μὲν σώματος.
III, 4, 6. ὀψίστερα γωνιεια.	ὀψίτερα γωνία.	ὀψιαίστερα γωνία.
III, 18, 12. παρωγγίζει δὲ παραθρινακίζει δὲ.	παραγγίζει δὲ παραθρηνακίζει δὲ.	παραθρηνακίζει δὲ.
IV, 12, 3. ῥιζῶν εἰ.	ῥιζῶν εἶ.	ῥιζῶν ῆ.
V, 7, 6. εἰς ζυγὰ λύραις.	ἡ ζυγαλύραις.	ὀξυγαλύραις.
V, 7, 6. πηδος.	πήδος.	πῆδος.
V, 9, 6. ἀλλήλοις χρησίμη.	ἀλλήλας χρησίμη.	ἄλλη ἐστὶ.
VI, 4, 8. πάπνης.	δοπάνης.	δαπάνης.
VI, 6, 2. ἄκλων ὅλως.	εὐκλόνοτος.	εὐκλόνητος.

Inter haec nihil est quod in Parisiensi neglegenter ex Urbinate descriptum esse nequeat, sed tamen tantam similitudinem errorum cum Mediceis videmus, ut verisimile nobis videatur Parisiensem a Mediceis ipsis originem

ducere; praecique quae e III, 18, 12. IV, 12, 3. V, 7, 6. VI, 4, 8. VI, 6, 2 allata sunt, suspicionem movere possunt errores Parisiensis culpa Mediceorum natos esse. Tamen contradicunt ea quae in Parisiensi melius scripta invenimus quam in Mediceis, quae e coniectura bona profecta esse propterea vix credibile est quod et verba haec meliora aut cum Urbinate congruunt aut levi emendatione orta sunt et Parisiensis librarius alias quoque a coniecturis se abstinet. Melius igitur quam in Mediceis haec scripta sunt:

P.	M.	U.	U*.
0, 8. τὰ πλατύφυλλα αξίφυλλα.	τὰ πλατύφυλλα τὰ ξίφυλλα.	τὰ πλατύφυλλα ταξίφυλλα.	
1, 1. ἡ δὴ προαιρέσεως.	ἤδη προαιρέσεως.	ἤδὴ προαιρέσεως.	
2, 10. ψυχρὸν.	ψυχρῷ. ὄνων	ψυχρὸν.	
7, 4. τὴν λοφούρων.	λοφούρων.	τὴν λοφούρων.	
10, 1. δισχιδὲς.	δισχιδὲν.	δισχιδὲς.	
I, 2, 5. ἀθρόως.	ἀθρόος.	ἀθρόος.	
I, 2, 10. αἱ ἄλλαι.	ἄλλαι.	αἱ ἄλλαι.	
11, 6. ὀπὸν κενταυρίου.	ὡς τὸ κένταυρον.	οστοκενταυρον.	ὀπὸν κενταυρίου.
11, 10. ἡ μὲν. πήχεως.	ἡ δὲ. ?	ἡ μὲν. ?	ἡ μὲν. πήχεος.
13, 2. καλοῦσιν εὐθὺς γλυκεῖαν αὐτήν.	καλοῦσιν αὐτὴν εὐθὺ γλυκεῖαν.	καλοῦσιν αὐτὴν εὐθὺ γλυκεῖαν.	καλοῦσιν εὐθὺς γλυκεῖαν αὐτήν.
14, 1. δέκα ἤ.	om.	om.	δέκα ἤ.
16, 3. ὀροδάμνων.	?	?	ὀροδάμνων.
16, 6. ἀβοηθή τους.	?	?	ἀβοηθήτους.
18, 8. τῷ τὸ μὲν φύλλον.	τῷ τὸ φύλλον.	τῷ τὸ φύλλον.	τῷ τὸ μὲν φύλλον.
18, 10. χυμοῖς.	?	?	χυμοῖς.

In iis exemplis quae e libro nono petita sunt, ad comparandam lectionem adscripsi scripturas U*, i. e. eas quas Urbinas praebet libri noni partem a cap. 8, § 1 usque ad finem libri sub titulo libri decimi repetens, de qua repetitione mox disseretur. Haec omnia e Mediceis descripta esse non posse apparet, quia illi falsa praebent coniciendique speciem Parisiensis codicis scriptor prae se non fert. Quae in Parisiensi melius quam in Urbinate scripta invenimus in libris 1—8, ea emendationi facillimae debentur, nemo propter has differentias levissimas cogitabit talibus emendationibus causam illam a me allatam refutari posse, cur Urbinas recensionem optimam et antiquissimam servaverit, alii codices excepto P_2 uni ordini adscribendi sint. Aliter haec res se habere videtur in illa parte libri noni, ubi lectiones U* praeter Urbinatis exstant; hic enim nonnunquam Parisiensem rectiora Urbinate exhibere et cum U* consonum esse videmus. Unde colligendum censeo hanc partem extremam codicis Parisiensis non ex Urbinate U profectam esse, sed aliquo modo cum ea recensione cohaerere quae est in libri Urbinatis decimi dicti contextu, sive ex eo descripta sit sive ex eius exemplari sive ex eodem fonte atque U*. Denique quod demonstrasse mihi videor, Parisiensem neque e Mediceis posse profectum esse, sed ex Urbinate aut eius apographo, et partem extremam libri noni ex U* esse derivandam, id ita comprobatur, ut dubitari nequeat, verbis quae in Parisiensi inveniuntur libro IX, cap. 11, § 1; ἔχει δὲ τὸ μὲν χειρώνειον usque ad finem paragraphi secundae: ἐν οἴνῳ δεῦσαι καὶ καταπλάττειν. Haec enim neque in Urbinate neque in Mediceis scripta sunt, sed solum in U* et Parisiensi.

Omissa igitur extrema parte libri noni de Parisiensi

haec constant. Neque is e Mediceis nec Medicei ex eo sunt descripti, tamen uterque e verbis Urbinatis pendet. Verisimile est, si statuamus Mediceorum fontem malum Urbinatis exemplar esse, Parisiensem quoque propter similitudinem cum Mediceis ex eodem aut e simillimo apographo descriptum esse, et ubi differunt Medicei et Parisiensis, haec quae quisque falsa praebet eius ipsius neglegentiae tribuenda, errores communes iam in illo apographo coniectura mea nato scriptos fuisse.

§ 8.

Sed non praetermittendum est Parisiensi nonnullis locis correcto emendationes in margine adscriptas esse quae disquisitione dignae esse mihi videntur. Quae margo Parisiensis praebet, comparata cum verbis Mediceorum, Urbinatis, Parisiensis haec sunt:

	marg. P.	P.	M.	U.
I, 5, 4.	κραυρότης πυκνότης.	κραυρότης.	κραυρότης.	κραυρότης.
I, 5, 5.	εὔθραυστα.	ἄθραυστα.	?	ἄθραυστα.
I, 6, 8.	ἀλλοῖον.	ἀλλὰ λεῖον.	ἀλλὰ λεῖον.	?
I, 8, 1.	ἐκ τῶν.	ἧττον.	ἡ τῶν.	ἧττον.
IV, 4, 5.	μὴ ἀπεχόμενοι.	μὴ ἀμπεχόμενοι.	μὴ ἀπεχόμενοι.	μὴ ἀπεχόμενοι.
IV, 6, 10.	ὀλιγαχοῦ.	ἐνιαχοῦ.	ὀλιγαχοῦ.	ὀλιγαχοῦ.
VII, 4, 11.	ὀφίων.	ὀφίμων.	ὀφίων.	ὀφίων.

Ex his colligo eum qui verba codicis Parisiensis nonnullis locis correxit, usum quidem esse meliore libro, quod demonstrant IV, 4, 5. IV, 6, 10. VII, 4, 11, sed suo quoque Marte coniecturas adscripsisse quas sensus flagitare videbatur, nam correctori librum manuscriptum fuisse et meliorem et vetustiorem Urbinate, mihi non

persuadetur, quamquam hoc fieri potuisse non negaverim, praesertim cum emendationes marginis Parisiensis in libro nono, quas statim afferam, et meliores sunt verbis Urbinatis et cum codice U* congruunt aut leviter eius scripturam mutant. Hae emendationes inveniuntur:

IX, 8, 2. ἀπὸ τῆς ἐντομῆς.
8, 3. ὑπόστασιν.
12, 2. ἄκανθαν.
15, 8. σπαρτικὴν.

Sed coniecturarum speciem neque haec fugiunt, et alia firmare videntur, praesertim:

IX, 12, 2. κωνοειδῆ pro κονοειδῆ U* (leg. ἀκανοειδῆ).
IX, 16, 3. θάμνων pro ὀροδάμνων U* P.
IX, 18, 10. χυλοῖς pro χυμοῖς U* P.

U* et M*.

§ 9.

Literis U* et M* in editionibus Schneideri et Wimmeri ea pars codicum U et M significatur, quae aliquam partem libri noni repetit, sed ita, ut repetitio valde differat a recensione praecedente. Urbinas post ultima verba libri noni sub titulo libri decimi verba libri noni inde a „τῶν δὲ ῥιζῶν πλείους μὲν“ cap. 8 § 1 usque ad extrema „ἧττον φυσικαί εἰσιν,“ cap. 20 § 6 omisso ultimo verbo, „εἴρηται“ repetit, quae pars repetita litera U* signatur. In Mediceis pars quaedam multo minor post finem libri noni additur, nempe a cap. 8 § 2 „ὁ μὲν οὖν ὀπισμὸς“ usque ad cap. 10 § 3 „βέλτιστοι δὲ καὶ οἷς,“ quae notantur litera M*.

Discrepantiae scripturae harum duarum recensionum tantae sunt, ut errore ex eodem libro bis eas scriptas esse nequeat putari, sed alteram traditionem hic offerri

pateat. Modo quaeritur num diiudicari possit, utra sit vetustior aut melior aut maioris momenti. De hac re Wimmer omnino non disputans ex iis quae duplices scripturae praebuerunt id accepit quod ei optimum esse videbatur, certa lege uter codex alteri sit praeferendus nec proposita neque adhibita. Schneider et U* et M* haud raro rectiora scribere vidit quam U et M, sed ex altera parte U et M quoque melius scribere, nec certam legem proponi posse putavit. Mihi, quia U* non peiorem quam U, nec M* peiores quam M esse apparet, disquisitione accuratiore dignum videbatur, uter codex praeferendus sit, praesertim cum ex hac parte traditionis etiam quomodo in reliquis partibus codices egerint, colligi posse putarem.

§ 10.

Propterea primum comparavi, atque id praecipue in ea parte quam et U et M bis tradunt (8, 2—10, 3) lectiones Urbinatis cum U*, et Mediceorum cum M*. Urbinatem et Urbinatem libri decimi dicti (U*) comparans ita egi, ut discernerem quae rectius U, quae U*, quae uterque diverse quidem, sed neuter falso tradat. Quae in Urbinate melius exstant quam in U*, haec sunt:

	U.	U*.
8, 2.	τῶν μὲν — τῶν δὲ.	τὸ μὲν — τὸ δὲ (cum ras.)
	ἢ ἀπὸ.	καὶ ἀπὸ.
	τραγακάνθης.	τριγακάνθης.
8, 3.	ἢ τάςδε.	om.
	τὴν γὰρ.	τὰς γὰρ.
	ἴσως οἰκείως.	ἴσως καὶ οἰκείως.
8, 6.	κινδυνεύειν.	κινδυνεύει (cum ras.)
8, 7.	ἀσκληπίειον.	ἀσκλήπιον.

	U.	U*.
8, 8.	τὸν δ᾽ ἕτερον.	τὸν δὲ ἕτερον.
	ἔοικε.	εἴρηκε.
9, 2.	ἐλλέβορος.	ἐλέβορος.
	καὶ τὰς δυςουρίας, ὁ δὲ ὀπὸς ἡ χαλβάνη καλουμένη πρός τε τὰς ἐξαμβλώσεις.	om.
9, 3.	περίαπτον.	περιάπτον.
9, 4.	τότε γὰρ βέλτιστον.	τότε βέλτιστον γὰρ.
10, 1.	πολύρριζον δ᾽ εὖ.	πολύριζον εὖ.

Cum in ceteris quoque libris Urbinas verba quae aperte falsissima et perversissima sunt coniectura mutare non audeat, sed sine dubitatione talia quae sensu carent, scribat, nemini in mentem veniet putare hic Urbinatis lectiones bonas ex emendatione verborum quae habet U* profectas esse; ac si ea quae in codice U* melius exstant quam in Urbinate examinaverimus, eodem modo inveniemus ne has quidem scripturas praeferendas e coniecturis ortas esse, sed ex alio, fortasse meliore libro descriptas esse quam Urbinatis:

	U*.	U.
8, 2.	ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ.	ὡς ἐπίπαν.
	ὅταν ἀμερθῶσι.	ἀμέρσωσι.
	ὁ ὀπισμὸς.	ὀπισμὸς.
	τοῦτ᾽ ἴδιον.	τοῦτο ἴδιον.
	ὥςπερ καὶ τῆς τρ.	ὥςπερ τῆς τρ.
	ταύτην γὰρ οὐδὲ τέμνειν.	ταύτης γὰρ οὐδ᾽ ἐπιτέμνειν.
	ἀπὸ τῆς ἐντομῆς.	δι᾽ ἐντομῆς.
8, 3.	δ᾽ οὐδ᾽ ὀπισμὸς.	δὲ οὐδὲ ὀπισμὸς.
	ὑπόστασιν.	ἀπόσταξιν.
	θᾶττον ποιεῖ.	ἐλάττω.
	ἰσχυρὸν.	ἰσχυρότερον.

U*.	U.
8, 5. λίπα.	λῖπα.
συλλέγειν τὸν καρπὸν.	τὸν καρπὸν συλλέγειν.
8, 6. τὸ κλύμενον.	τὸ καλούμενον κλύμενον.
8, 7. φυλάττεσθαι.	φυλάσσεσθαι.
οὐθὲν.	οὐδὲν.
πάνακες.	παναλκὲς.
ἀντεμβάλλειν.	ἀντεμβαλεῖν.
μελιττοῦντα.	μελιττουντας.
ὅταν δὲ.	ἄντ᾽ ἂν δὲ.
ἀντεμβάλειν μισθὸν.	ἀντεμβαλεῖν.
8, 8. τῷ περὶ τοῦ κυμίνου λεγομένῳ.	τῇ λεγομένῃ.
καὶ τέμνειν.	om.
καὶ κατευχόμενον.	καὶ προσκατευχόμενον δὲ.
ῥιζοτομιῶν.	ῥιζοτόμων.
9, 1. καὶ ὁ ὀπὸς.	om.
σκαμμωνίας.	σκαμωνίας.
τὸ τοῦ μανδραγόρου.	om.
δ᾽ ἐν οἴνῳ ἢ ὄξει.	δὲ ἐν οἴνῳ ἢ ἐν ὄξει.
καὶ ἐνείραντες ὑπὲρ γλεύκους ἐκρέμασαν ἐπὶ καπνῷ.	ἐμπείραντες δὲ ὑπὲρ γλεύκους ἐκρέμασαν ὑπὲρ καπνοῦ.
9, 3. πίνειν.	πιεῖν.
καὶ φίλτρα.	καὶ φίλτρον.
ὥςπερ τρυγὸς ἢ ῥυπτόμεθα.	ὡς τῆς τρυχὸς ἢ ῥιπτόμεθα.
9, 5. τὰ τραύματα.	τραύματα.
καὶ πρὸς τὰ.	πρὸς τὰ.
ἄργεμα.	ἀργέματα.
δὲ φύλλα μὲν.	δὲ φύλλα.
οἱ δ᾽ ἄπιον καλοῦσι.	οἱ δ᾽ ἄπιον καλούμενον.
καθαίρειν.	om.

	U*.	U.
10, 1.	καυλὸν μὲν.	καυλὸν δὲ.
	εὐθὺ.	εὐθὺς.
10, 2.	φύεται καὶ ἄριστος.	καὶ ἄριστος γίνεται.
	φύεται.	γίνεται.
	εὐεμὲς ᾖ.	εὐεμέσῃ.

Codicem U* pluribus locis recta tradere quam U, statim videmus et cum in reliqua quoque parte libri decimi dicti multa inveniantur quae certissime Urbinatis libri noni lectioni praeferenda sunt, U* meliorem traditionem quam U praebere non dubito dicere, quamquam non talem, ut in ea parte quae his duplicibus recensionibus tradita est, Urbinatis verba non sint respicienda.

Quae ex hac brevi parte comparata collegi, ea firmantur, si reliqui libri varietates inter codicem U* et U adspicimus; tum enim eodem modo invenimus utrumque codicem alium fontem sequi bonum, sed nunquam nos alterum modo codicem respicere, alterum neglegere posse, quia uterque gravissimis vitiis est contaminatus. Singulis haec exponere longum est, satis erit eos locos afferre, ubi in altero codice quaedam verba exciderunt quae alter praebet. In Urbinate haec exciderunt:

IX, 11, 1—3. a verbis ἔχει δὲ τὸ μὲν χειρώνειον (§ 1) usque ad: δεῦσαι καὶ καταπλάττειν (§ 2 extr., 167 verba.)

11, 5. ὁ δὲ μανικός· καὶ ὁ μὲν ὑπνώδης.

11, 6. καὶ φαντασίας τινὰς φαίνεσθαι.

11, 9. ἐν ὕδατι καὶ πάλιν.

14, 1. δέκα ἤ.

16, 4. a verbis: καρπὸς δέ ἐστι usque ad finem paragraphi: ἄλλο ζῷον οὐδέν. (59 verba.)

18, 6. τὸν καρπὸν.

19, 4. αἱ δὲ τῶν ῥιζῶν — ταύτῃ ἠπορήσθω (61 verba)
Codex U* haec omittit:
13, 3. τὰ μὲν οὖν προςάγειν κελεύουσιν.
14, 1. εἰ δὲ μὴ σαπρὰ καὶ σομφώδεις.
14, 4. totam paragraphum quartam om. (76 verba).
15, 1—3. a verbis καὶ σχεδὸν αὗται (§ 1) usque ad verba: δηλοῦν τὸ κοινόν (§ 3, 176 verba).
15, 8. τὸ δὲ κώνειον ἄριστον περὶ Σοῦσα (?) καὶ ἐν τοῖς ψυχροτάτοις τόποις.
16, 4. ἔχει δὲ φύλλον — φασι ποιεῖν (30 verba).
16, 5—6. pro verbis συντίθεσθαι — ἀνδράποδά φασι πολλάκις (140 verba) in U* haec sunt scripta: βοήθειαι δὲ τοῖς ἐνεγκαμένοις εἰσί· πολλάκις γάρ φασι τὰ ἀνδράποδα.
16, 7. τὸ δὲ ἀκόνιτον — συλλογῆς χρόνοις (36 verba).
18, 11. ἐν Τροιζηνίᾳ δὲ ὁ οἶνος ἀγόνους ποιεῖ τοὺς πίνοντας.

His exemplis et utrumque codicem alicuius auctoritatis esse apparet et quae supra de codicibus Mediceis et Parisiensi dixi, Mediceos Urbinatem sequi, Parisiensem in libri noni parte codicem U* (v. § 6, pag. 15 et § 7, pag. 18), haec certissime confirmantur. Nam semper, ubi in Urbinate quaedam exciderunt, eadem in Mediceis quoque desunt, in Parisiensi vero et haec scripta et quae U* omittit omissa sunt, etiamsi exstant in Urbinate et Mediceis.

§ 11.

Plane eadem quae de Urbinate et de codice U* constare mihi videntur, inter Mediceos quoque et illam repetitionem quae litera M* indicatur observanda sunt; id modo aliter se habet quod Medicei longe inferiores sunt auctoritate, contra M* parem esse U* videbimus,

qua de causa differentia quae inter M et M* intercedit maior est quam quae inter U et U*. Quoniam exemplis allatis omnia manifesta sunt, breviter ea afferri paucisque verbis quid demonstrent dici licet. Nonnulla Medicei melius referunt quam M*:

	M.	M*.
8, 2.	τῶν μὲν — τῶν δὲ.	τὸ μὲν — τὸ δὲ (cum ras).
	ἢ ἀπὸ.	καὶ ἀπὸ.
	τὸν τοῦ τιθυμάλλου.	τιθυμάλου.
8, 3.	χυλὸς.	χυλισμὸς.
	χύλισμα.	χύλυσμα.
	τὸ τῆς θαψίας.	τῆς θαψίας.
	ἢ τάςδε.	om.
	τὴν γὰρ.	τὰς γὰρ.
	ἴσως οἰκείως.	ἴσως καὶ οἰκείως.
	τὰς μὲν κατ᾿ ἄνεμον.	τοὺς μὲν καταρώμενον.
8, 6.	ἐπισινεῖς.	καὶ πινεῖς.
	καὶ πόρρωθεν.	πόρρωθεν.
	παιωνίαν.	παιονίαν.
8, 7.	ἀσκληπίει(ν)ον.	ἀσκλήπιον.
8, 8.	τὸν δ᾿ ἕτερον.	τὸν δὲ ἕτερον.
	ἔοικε.	εἴρηκε.
9, 2.	σησαμώδη.	σισαμώδη.
	πανάκους.	πάνακος.
	ἰσχυρότερον δὲ τὸ σπέρμα τῆς ῥίζης. γίνεται δὲ περὶ Συρίαν.	ἰσχυρὸν δὲ περὶ Συρίαν.
	τέμνεται.	τέμνονται.
9, 3.	περίαπτον.	περιάπτον.
9, 4.	τότε γὰρ βέλτιστον.	τότε βέλτιστον γὰρ.
9, 5.	τὸ δὲ ἀνάστημα.	τὸ διανάστημα.
	καὶ κάτω καὶ ἄνω.	καὶ κάτω ἢ καὶ ἄνω.

	M.	M*.
10, 1.	πολύρριζον δ' εὖ μάλα.	πολύριζον εὖ μάλα.
10, 2.	καθαιρομένων.	καθεμένων.
	δ' ἦρος.	δὲ ἦρος.
	μίσγεται.	μύσγεται.

Inter haec duo tantum sunt quae Medicei aliter exhibent atque Urbinas, 8, 3 τὸν τοῦ τιθυμάλλου pro τιθυμάλλου U. et 8, 2 πανάκους pro πάνακες U., quae emendationes librarii habeo, ut iam supra dixi (v. § 6, pag. 14); praeter ea omnia consentiunt cum Urbinate, ergo quae in Mediceis rectius exstant quam in M*, non Mediceis sed Urbinati tribuenda sunt.

Multo plura a codicibus M* melius sunt scripta:

	M*.	M.
8, 2.	ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ.	ὡς ἐπίπαν.
	ὅσων.	ὅσον.
	ὅταν ἀμερθῶσι.	ἀμέρσωσι.
	μόνον οὕτω καὶ.	μόνης καὶ.
	τοῦτ' ἴδιον.	τοῦτο ἴδιον.
	δακρυώδης τις.	δακρυώδης.
	ὥςπερ καὶ τῆς τρ.	ὥςπερ τῆς τρ.
	ἀπὸ τῆς ἐντομῆς.	δι' ἐντομῆς.
	ἢ μηκωνίου.	ἢ τοῦ μηκωνίου.
	ἀμφοτέρως.	ἀμφοτέρους.
8, 3.	δ' οὐδ' ὀπισμὸς.	δὲ οὐδὲ ὀπισμὸς.
	κόψαντες.	καίοντες.
	ὑπόστασιν.	ἀπόσταξιν.
	χωνείου.	χωνίου.
	θᾶττον ποιεῖ.	ἐλάττω.
	ἰσχυρὸν.	ἰσχυρότερον.
8, 4.	τῷ τάςδε.	τὸ τάςδε.
8, 5.	λίπα.	λῖπα.
	συλλέγειν τὸν καρπὸν.	τὸν καρπὸν συλλέγειν.

	M*.	M.
8, 5.	πρὶν τὸν ἥλιον.	πρὶν αὐτὸν ἥλιον.
	τὸ κλύμενον.	τὸ καλούμενον κλύμενον.
8, 7.	φυλάττεσθαι.	φυλάσσεσθαι.
	οὐθὲν.	οὐδὲν.
	ὅταν.	om.
	πάνακες.	παναλκὲς.
	μελιττοῦντα.	μελιττοῦταν.
	τριμήνου μελιττοῦντας.	τριμήνους μελιττούτας.
8, 8.	τῷ περὶ τοῦ κυμίνου λεγομένῳ.	τῇ περὶ τοῦ κυμίνου λεγομένῃ.
	καὶ τέμνειν.	om.
	καὶ κατευχόμενον.	καὶ προςκατευχόμενον δὲ.
	ἐπιθέτοις.	ἐπιθέτως.
	ῥιζοτομιῶν.	ῥιζοτόμων.
9, 1.	καὶ ὁ ὀπὸς ὥςπερ ἄλλων τε καὶ τοῦ πάνακος · τῶν δὲ ἡ ῥίζα.	om.
	σκαμμωνίας.	σκαμωνίας.
	δ' ἐν οἴνῳ ἢ ὄξει.	δὲ ἐν οἴνῳ ἢ ἐν ὄξει.
	καὶ ἐνείραντες ὑπὲρ γλεύκους ἐκρέμασαν ἐπὶ καπνῷ.	καὶ ἐμπείραντες ὑπὲρ καπνοῦ.
9, 2.	εἴπερ.	ἧπερ.
	Ἀντικύρᾳ.	ἀγκύρᾳ.
	πρὸς τὰ αὐτὰ.	πρὸς τὸ αὐτὸ.
	τὰ σπάσματα.	πρὸς τὰ σπασμάτια.
	χρησίμη.	χρήσιμοι.
9, 3.	πρόσθετον.	πρός τε τὸν.
	ἐὰν.	ἂν.
	πίνειν.	πιεῖν.
	ὥσπερ τρυγὸς.	ὡς τῆς τρυχὸς.

	M*.	M.
9, 4.	ἀλφοὺς.	ἀλφοῦ.
	βοσκημάτων.	βοσκήμασι.
	τὰ τραύματα.	τραύματα.
9, 5.	καὶ πρὸς τὰ.	πρὸς τὰ.
	ἄργεμα προσάγειν τὸ φύλλον τρίψαντα ἐλαίῳ.	ἀργέματα φύλλον τρίψαντα ἐν ἐλαίῳ.
	δὲ φύλλα μὲν.	δὲ φύλλα.
	δρῦς.	δρυὸς.
	οἱ δ' ἄπιον καλοῦσι.	ἰδ' ἄπιον καλούμενον.
	λιβανωτίδος.	λιβανώτιδος.
	καθαίρειν.	om.
9, 6.	τῷ μαράθρῳ.	μαράθρῳ.
	φιλεῖ δὲ ὀρεινὰ χωρία καὶ κοχλακώδη.	om.
10, 1.	καυλὸν μὲν.	καυλὸν δὲ.
10, 2.	γὰρ ἐνταῦθα φύεται καὶ ἄριστος.	γὰρ ἐνταῦθα καὶ ἄριστος γίνεται.
	ποάριον.	ποιάριον.

Hic quoque M. semper fere eadem praebent quae U., pauca quaedam in iis neglegentia corrupta sunt. Ex hac comparatione intellegendum est M. et M*. non ex eodem libro, sed M* e meliore descriptos esse.

§ 12.

Restat ut lectiones U* et M* inter se comparentur, quo facto harum repetitionum ratio earumque fons aut communis aut non communis illustrari poterunt. Antequam autem ad id munus accedam, quod iam ante instituendas has comparationes omnes afferendum erat, addam me nunquam eas lectiones diversas codicum comparatorum adscripsisse quarum utra falsa sit aut dici

non posse putabam aut ipse discernere non audebam. Talibus locis ea semper verba in contextum recipienda erunt quae codex summae auctoritatis praebet, qua de causa hic, ubi demum est inquirendum in codicum auctoritatem, omnes hi loci non erant respiciendi. Neque ea quae ipse in comparatione meliora esse duxi et scripsi semper eadem sunt, quae editores receperunt. Id quoque observandum est me ex silentio Schneideri et Wimmeri saepe collegisse eos codices quorum verba non afferuntur cum verbis ab editore vulgatis consentire, ac si forte inveniatur nonnulla tamen aliter se habere, mihi haec culpae non esse tribuenda.

In M* haec sunt vitia ab U* vitata:

	U*.	M*.
8, 3.	ἀπηθοῦσι.	ἀποθοῦσι.
	χυλὸς.	χυλισμὸς.
	χύλισμα.	χύλυσμα.
	τὸ τῆς θαψίας.	τῆς θαψίας.
	τὰς μὲν κατ᾽ ἄνεμον.	τοὺς μὲν καταρώμενον.
8, 6.	ἐπισινεῖς.	καὶ πινεῖς.
	καὶ πόρρωθεν.	πόρρωθεν.
9, 1.	ἔστι.	ἔτι.
	πανάκους.	πάνακος.
	γὰρ μανδραγόρου.	om.
9, 2.	σησαμώδη.	σισαμώδη.
	φύσας.	φύσεις.
	ἴρινον.	ἠρινὸν.
	καὶ τὸ σπέρμα τῆς ῥίζης. γίνεται δὲ.	om.
	τέμνεται.	τέμνονται.
9, 3.	ῥυπτόμεθα.	ῥιπτόμεθα.
9, 5.	τὸ δὲ ἀνάστημα.	τὸ διανάστημα.
	καὶ κάτω καὶ ἄνω.	καὶ κάτω ἢ καὶ ἄνω.

	U*.	M*.
9, 6.	μαράθῳ.	μαράθρῳ.
10, 2.	καθαιρομένων.	καθεμένων.
	μίσγεται.	μύσγεται.
	εὐεμὲς ᾖ.	εὐεμέσῃ.

Melius in M* haec sunt tradita:

	M*.	U*.
8, 2.	ὅσων.	ὅσον.
	μόνον οὕτω καὶ.	μόνον καὶ.
	δακρυώδης τις.	δακρυώδης.
	τραγακάνθης.	τριγακάνθης.
	μηκωνίου.	τοῦ μηκωνίου.
	πολυόπων.	πολυοπῶν.
8, 3.	κόψαντες.	καίοντες.
8, 5.	πρὶν τὸν ἥλιον.	om.
8, 7.	ὅταν.	om.
	τριμήνου.	τριμήνους.
9, 2.	ἐλλέβορος.	ἐλέβορος.
	τὰ σπάσματα.	πρὸς τὰ σπασμάτια.
9, 3.	πρόςθετον.	προςθετὸν.
	ἐὰν.	ἂν.
9, 4.	ἀλφοὺς.	ἀλφοῦ.
	βοσκημάτων.	βοσκήμασι.
9, 5.	δρῦς.	δρὺς.
	λιβανωτίδος.	λιβανώτιδος.
9, 6.	τῷ μαράθρῳ.	μαράθῳ.
10, 1.	αὕτη δὲ.	αὐτὴ δὲ.
10, 2.	ἐλλεβορίνης.	ἐλλεβορινῆς.

E ratione differentiarum inter lectiones codicum M* et U* sequi mihi videtur eos non ex eodem libro manuscripto descriptos fuisse, cum eiusmodi discrepantia in tam parva parte libri in talibus modo codicibus suspicanda sit, qui aut a neglegentissimo aut ab

audacissimo librario scripti sunt, quod in nostris fuisse nullo modo probari potest.

Difficilius est diiudicare, utrius codicis lectio praeferenda sit, nam etiamsi multa vitia in M* neglegentiae modum, quo librarii uti solent, non excedunt, et imprimis permutationes literarum ι, η, υ excusandae sunt, tamen quomimus his codicibus maiorem auctoritatem quam U* tribuam, alii errores me prohibent. Cum autem inter se plurimis locis consentiant, ubi soli recta verba servaverunt, fortasse suspicari licet eos ex uno codice antiquo ortos esse, si minus recta via, tamen interpositis paucis membris quae coniunctionem restituerent, si exstarent. Si uterque codex idem tradit, hoc gravissimum scripturae verae documentum esse puto, quod in Theoprasti libris invenire possimus; differentium is praeferendus est qui rectum praebet; si uterque bene nec tamen idem tradere videtur, legem quam sequar nescio.

§ 13.

Ex illa comparatione instituta inter codices M, U, M*, U* nonnulla intellegi posse puto, quae etiam ad reliquorum librorum Theoprasti traditionem pertinent. Primum qua ratione optimus codex U verba servaverit facile videri potest ex ista parte, ubi etiam in codice U* eadem inveniuntur. Multa in libro U exiderunt, multa perverse ac falso scribuntur, nec dubito quin in ceteris libris, ubi melior codex non est praesto, tamen Urbinas nihilo minus verba antiqua deformaverit.

Praeterea apparet librarios Mediceorum ubi manuscriptum bonum iis fuit, scilicet in exigua illa parte libri noni, bene quoque quod habuerunt descripsisse, nam M* bonas tradunt lectiones; unde sequitur hos

librarios satis accurate describentes in reliquis libris Theophrasti malum codicem ante oculos habuisse. Qua de causa non puto Mediceos ex Urbinate ipso esse descriptos, quod illo adeo sunt peiores, sed ex malo apographo Urbinatis.

§ 14.

Si breviter repetimus quae demonstrasse nobis videmur, de codicibus haec erunt observanda. Optimi sunt U* et M* qui unius quasi familiae reliquias servaverunt, iis locis ubi U* et M* silent, Urbinas eique paria Excerpta Parisiensia (P_2) optimi sunt libri, sed tales ut multa falsa tradant quae coniecturis, si fieri potest, restituenda sunt. Hi duo codices cum omnibus ceteris, Parisiensi (excepta parte libri noni), Mediceis, Vindobonensi alteram ostendunt recensionem librorum Theophrasti, atque ita quidem ut Vindobonensis e Mediceis et Parisiensis ex apographo quodam Urbinatis descripti sint.

Ex his facile est visu quomodo utendum sit codicibus. Gravissimam auctoritatem, praesertim cum consentiant, habent M* et U*, post ea secundo loco respiciendus est Urbinas et Excerpta Parisiensia, quorum auctoritas par est; contra omnes alii codices plane sunt praetermittendi, cum ex Urbinate profecti sint.

Caput II.

De integritate et auctoritate librorum Theophrasti.

Quod inter omnes qui huic rei operam dederunt constat, libros Theophrasti admodum esse mutilos, multaque in iis temporum iniuria deformata aut plane esse perdita, id a Schneidero uberius est demonstratum[1]). Non autem est nostrum quid sit mancum in his libris explicare, quoniam haec perdita rem nobis disquirendam non possunt adiuvare; sed num omnia ea quae sub nomine plantarum historiae et causarum nobis sunt tradita, revera a Theophrasto sint profecta, id certe est reputandum, quidque sit dubium examinandum, ne disquisitionem postea instituendam incertis argumentis exemplisque fulciamus. Qua de causa liber nonus historiae et sextus causarum accuratius sunt inspiciendi, quippe qui non ab omnibus nostro operi esse adnumerandi ducuntur.

Sicut enim haud raro accidit ut librorum magnus numerus quos aliquis auctor aut Romanus aut Graecus scripsisse fertur, ea re diminueretur, quod partes quasdam eiusdem operis praeter totum opus, cui insertae fuerant, enumeratas esse ut libros novos demonstratum est, ita in Theophrasti scriptis contrarium evenisse

---

[1]) Theoph. oper. vol. V, pag. 233 sqq.

dictum argumentisque comprobari tentatum est. Fridericus Wimmer enim[1]) sententiam et proposuit et defendit, eum librum qui nonus dici soleret, non cohaerere cum reliqua historia plantarum, sed tanquam novum opus seiungendum, fortasse conscriptum esse e maiore quodam numero reliquiarum librorum Theophrasti quinque περὶ χυλῶν qui commemorantur in Theophrasti librorum indice apud Diogenem Laert. V. 46.

De hac quaestione et quae Wimmer ad opinionem suam firmandam afferat examinemus et quid alii dixerint explicemus, denique qualis nostra sit sententia proponamus. Ut rectam esse suam coniecturam demonstret Wimmer tria enumerat argumenta, quorum duo postquam uberius explicavit sic breviter complectitur: »Quoniam ergo libri noni cum octo proximis nulla apparet connexio, eumque e membris disiectis excerptisque diversis collectum esse verisimile est; principio cum ad libros de Historia plantarum haud pertinuisse conjicio[2]).« Tertium in verbis Theophrasti IV, 4, 14 reperit, ubi dictum est: περιττότερα δὲ τῶν φυομένων καὶ πλεῖστον ἐξηλλαγμένα πρὸς τὰ ἄλλα τὰ εὔοσμα τὰ περὶ Ἀραβίαν καὶ Συρίαν καὶ Ἰνδοὺς, οἷον ὅ τε λιβανωτὸς καὶ ἡ κασία καὶ τὸ ὀποβάλσαμον καὶ τὸ κιννάμωμον καὶ τὰ ἄλλα τοιαῦτα, περὶ ὧν ἐν ἄλλοις εἴρηται διὰ πλειόνων; quia quae his verbis indicantur in libro nono tractantur et verba ἐν ἄλλοις aliud opus atque historiam plantarum significare videntur. Id explicatione non eget, sed per se manifestum et facile est ad intellegendum, sed causae priores duae allatae a Wimmero accuratius examinandae sunt. Primum dicit librum nonum cum praecedentibus

---

1) Edit. Vratisl. pag. IX. sq.
2) l. l. pag. IX.

non cohaerere; sed si putas eum demonstrasse ea quae libro nono continentur aliena esse a ratione et via historiae plantarum, Theophrastum libros ita disposuisse et disquisitionem antea sic explicavisse, ut liber nonus non possit coniungi cum reliquis octo — si haec putas, valde erras: nonnullae verborum observationes virum doctum ad eam sententiam conduxerunt. In fine enim libri septimi haec scripta invenimus: περὶ μὲν οὖν τῶν ἄλλων τῶν ποιωδῶν ἱκανῶς εἴρηται· περὶ δὲ τοῦ σίτου καὶ τῶν σιτωδῶν μετὰ ταῦτα λεκτέον· τοῦτο γὰρ ἔτι κατάλοιπον ἦν, quae repetuntur initio libri octavi: περὶ μὲν οὖν τῶν ἄλλων ποιωδῶν ἱκανῶς εἰρήσθω· περὶ δὲ τοῦ σίτου καὶ τῶν σιτωδῶν λέγωμεν ὁμοίως τοῖς πρότερον. Ex his, praecipue e verbis τοῦτο γὰρ ἔτι κατάλοιπον ἦν, Wimmer colligit libros historiae plantarum finitos esse postquam Theophrastus de frumento et frumentaceis egerit, i. e. post finem libri octavi. Ac prima verba libri noni haec firmare ei videntur; »nullum enim signum esse quod liber nonus cum ceteris coniunctus fuerit, nec cohaerere nonum cum octavo rerum continuitate, nec particulam δὲ quae nusquam in transitu desideretur, initio libri noni positam esse, quo is a proximo seiungeretur.« Alterum Wimmeri argumentum erat, quod dixit librum nonum e reliquiis et excerptis diversis collectum esse videri; quod ei probatur observationibus rectis, imprimis in altera parte libri noni Theophrasti verba parum integra esse, cuius rei dictionem inconditam, narrationem abruptam, turbas alias firmissima esse argumenta. His causis motus librum ex excerptis compluribus esse conscriptum putavit; et accedere quod in codice Parisiensi libri noni inscriptio περὶ φυτῶν ὀπῶν et in Aldina libri decimi περὶ δυνάμενως ῥιζῶν exstent quae et ipsae novum aliquod opus significare videantur.

Fortasse igitur librum nonum partem fuisse librorum qui περὶ χυλῶν quinque a Laertio commemorentur.

Praeter has causas nihil addit Wimmer ad comprobandam illam opinionem suam. Sed de his infra; prius aliorum virorum doctorum sententias adscribam.

Ernestus Meyer in historia botanicae summa laude digna haec: »Was wir aber das neunte buch nennen, hält Wimmer doch wohl ohne hinreichenden grund für eine zusammensetzung verschiedenartiger auszüge aus einem ganz anderen werke des Theophrast, wie er meint, aus den verlorenen fünf büchern von den säften[1]).« Doctissimus Brandis in historia philosophiae[2]) quamquam accurate et copiose de Theophrasto agit, hanc quaestionem ne verbo quidem tetigit, quapropter eum Wimmero non assensum esse puto. Zeller in libro de philosophia Graecorum expresse, sed breviter Wimmeri expositionem improbat[3]); quarti Jesseni sententiam non curavi, quia eum e scripto quodam in Mus. Rhen. ann. 1859. pag. 88 sqq. vulgato, in quo Aristotelem auctorem esse et historiae plantarum et causarum contendit, talem esse cognovi, cuius in hac re opinio nullius sit momenti.

Videmus igitur post Wimmerum, qui in editione Teubneriana ann. 1854 librum nonum inscripsit: Θεοφράστου περὶ φυτῶν ὀπῶν ἢ περὶ ῥιζῶν δυνάμεως, neminem in illam rem inquisivisse, ac satis esse huius solius sententias illustrare et examinare. Sed tantum abest,

---

[1]) E. Meyer, Geschichte der Botanik. Bd. I. Königsberg 1854. Pag. 158.

[2]) Chr. Aug. Brandis: Handbuch der Geschichte der griechisch-römischen Philosophie. 3. Thl. 1. Abth. Berl. 1860.

[3]) Eduard Zeller: Die Philosophie der Griechen. II. Thl. 2. Abth. 2. Aufl. Tüb. 1862. Pag. 645.

ut, si forte eius opinionem refutare possim, librum nonum historiae plantarum necessario adiungendum esse me demonstrasse putem, ut haud ignarus alias quoque causas afferri posse, totam quaestionem rectractare et quid pro Wimmero quid contra dici possit diligenter exponere mihi proposuerim. Id enim pro certo habeo Wimmerum non satis totam rem, dispositionem librorum, dicendi rationem in libro nono eiusque in rebus tractatis differentiam perscrutatum esse, neque eum, si forte rectum quid invenerit, id accurate et argumentis sufficientibus demonstrasse. Diligentius inspicientem hunc librum et comparantem cum ceteris non fugiet differentias et rerum et verborum non leves se praebere.

Postquam enim in libris primis duobus quaestiones generales diserte tractatae sunt, atque in primo quidem quales sint partes plantarum, in secundo qualis cultus et satus, per reliquum opus usque ad librum octavum genera et species plantarum quas Theophrastus commemoratione dignas putabat — non omnium quas cognoverat — sequuntur. Quae ita enumerantur, ut primum de arborum fruticumque generibus, crescendi locis, longitudine vitae, usu ac natura lignorum verba fiant; deinde θάμνοι, quod verbum verti solet plantae suffruticosae, herbaceae, oleraceae, frumentaceae explicentur ac describantur. Rerum conexus ac dispositio hic bene perspici potest, quamquam saepe, ut Theophrasti mos est, res alienae, narrationes, contemplationes, multae adnotationes aliae intermittuntur, quae huc vix pertinent, sed nobis magni sunt pretii. Quid igitur post hunc rerum ordinem quem totum sententiarum nexum respicientes bene cohaerere possumus dicere, liber nonus sibi vult, in quo agitur de sucis diversis, de fabricatione picis, de plantarum medica-

mentis et venenis, de aromatibus? Quomodo haec historiae plantarum adiungi potuerint, si revera cum ea coniungenda sunt, id profecto argumentis demonstrandum est.

Accedit differentia non minor verborum. Dicendi rationem in libro nono non eandem esse atque in ceteris libris octo mox animadvertimus; dicta poetarum afferuntur, proverbia adhibentur, medicorum ac pharmacopolarum nomina commemorantur cum narratiunculis eorumque verbis aut falsis irrisis aut bonis laudatis. Sed etiam permulta verba singula in hoc libro inveniuntur, quibus in ceteris Theophrastus non est usus; talia enim in libro nono ducenta triginta sex numeravi, quae hic adscribere longum est. Etiam magis est mirificum quod numerus haud parvus plantarum in libro nono commemoratur, quarum in reliqua historia plantarum in qua eas descriptas esse opinemur, nulla fit mentio: αἵριον, ἄλθαια, ἀλσίνη, ἄμπελος ἀγρία, ἄμωμον, ἀντίρριζον, ἀριστολοχία, βάλσαμον, βληχώ, γλυκυσίδη, δίκταμνον, ἔκτομον μελαμπόδιον, ἐλλεβορίνη, ἡράκλεια μήκων, θαψία, θηλύγονος, θηλύπτερις, θηλύγονον, θρύορον, ἰξία, ἱππακή, ἴσχαιμος, ἰσχάς, καρδάμωμον, κενταύριον, κεραΐς, κερατῖτις, κλύμενον, κνίδιος κόκκος, κόστος, κώμακον, λιβανωτίς, μοδωνάις, ναῖρον, νάρδον, νάρτη, νηπενθές, νυμφαία, ξῖρις, ὀνοθήρας, ὄρχις, παιωνία, πάνακες, πενταπετές, πέπερι, πολυπόδιον, σέσελι, σκολόπενδρον, σκόρπιος, στύραξ, σχῖνος, τερέβινθος, τιθύμαλλος, τραγάκανθα, τριπόλιον, φλόμος, χαμαίδρυς, ψευδοδίκταμνον. Tanta multitudo verborum, quae in reliquis Theophrasti libris non inveniuntur, sane suspicionem movere possunt hunc librum, si ab eodem auctore profectus sit, neque eodem tempore scriptum esse atque ceterae operis partes neque cum iis coniungi posse.

Ad Wimmeri argumenta hoc modo confirmata accedit quod verba quoque lib. IV. 4, 14: περὶ ὧν ἐν ἄλλοις εἴρηται διὰ πλειόνων, quibus librum nonum opus seiunctum esse demonstretur, non sola id signare videntur, sed similia legimus VII, 9, 3: αὐτῶν δὲ τούτων (sc. τῶν ῥιζῶν) ἕκασται πλείστας ἔχουσι διαφορὰς χρώμασιν ὀσμαῖς χυμοῖς μεγέθεσιν· αἱ μὲν γὰρ λευκαί, αἱ δὲ μέλαιναι, αἱ δ' ἐρυθραὶ καθάπερ ἥ τε τῆς ἀγχούσης καὶ τοῦ ἐρευθεδανοῦ· αἱ δ' ὥςπερ ξανθαὶ καὶ ξυλώδεις· καὶ γλυκεῖαι δὲ καὶ πικραὶ καὶ δριμεῖαι καὶ εὐώδεις καὶ κακώδεις καὶ ἔνιαι φαρμακώδεις, ὡς ἐν ἄλλοις εἴρηται. Sive hic verba ultima ad solam vocem φαρμακώδεις referimus sive ad omnia καὶ γλυκεῖαι — φαρμακώδεις, semper ea quae verbis ὡς εἴρηται indicantur, libro nono scripta esse patet.

Praeter haec quae attuli nihil invenire potui, quod librum nonum a ceteris esse seiungendum demonstrare videatur; sed allata, ut opinor, non tam levia sunt, ut iis animadversis tamen Wimmeri sententiam statim repudiemus.

Antequam e nonnullis vel compluribus observationibus ad dicendi usum attinentibus et e nonnullis singulis verbis quae ad rem illustrandam aliquid valere videntur, diiudicemus, utrum liber nonus per se opus aliquod efficiat, an pars historiae plantarum sit, id primum discernatur oportet, num e rerum dispositione atque ordine quem in his libris invenimus, e tota denique ratione, non nostrae consuetudinis plantas describendi, sed veterum hanc rem tractantium, concludi possit aut librum nonum ex historia plantarum removendum aut retinendum esse. — Sicut libri causarum atque historiae plantarum ita inter se cohaerent, ut quidquid observationum et rerum animadversarum in

historia enumeretur, eius causa in libris causarum explicari suscipiatur; ita sententiarum nexum etiam inter librum historiae primum et reliquas sive septem sive octo non possumus non videre. Illo enim libro primo in universum et generatim brevibus verbis ea dicuntur quae postea exemplis plantarum quasi illustrata luculentius exponuntur. Omnia quae de plantarum partium figura, ordine, dispositione, augmento hic afferuntur, postea accuratius quomodo in singulis plantis sint animadvertenda explicatur; si igitur in libro primo generalia quaedam de plantarum sucis et odoribus scripta invenimus, recte concludimus fore ut in libris de historia plantarum aut in unaquaque planta descripta de his verba fiant, aut uno loco de sucis et odoribus agatur. Capitis autem duodecimi paragraphus prima in libro primo in universum differentias sucorum enumerat, sed extra librum nonum exceptis paucis adnotationibus, quae ut multa alia plantarum descriptionibus inseruntur, nusquam de sucis plantarum quidquam commemorari videmus. Non debemus dicere ad meram plantarum descriptionem non attinere, qualis vis sucorum, praecipue eorum usus in medicaminibus et venenis sit, quia omnes veteres rerum naturalium scriptores etiam usum earum rerum quas tractabant addere solebant; qua de causa a Theophrasto quoque et multa ad agriculturam spectantia dicta sunt et ad usum medicorum dicta esse putandum est. Quamquam enim Theophrastus a ceteris plantarum descriptiones conficientibus ea potissimum re differt, quod scientiam plantarum puro illarum totam naturam cognoscendi studio inflammatus tractabat, neque quomodo hominibus plantae sint utiles exponere volebat, tamen ipso adiuncto libro nono qui vires ac sucos plantarum con-

tinebat, ei tempori quo vivebat aliquid sibi concedendum esse putabat; qua de causa illam enarrationem usus et utilitatis plantarum adiungebat. Propterea quoque, ut opinor, haec pars sicut additamentum totius operis in fine librorum est assuta. Quoquo id se habet modo, librum nonum ad complendum totum opus necessarium esse puto, et quia res ibi tractatae in historia plantarum desiderantur et quia in libro primo ipso indicantur; illic enim verbis certissimis dicitur, postquam sucorum differentiae expositae sunt: ὑπὲρ ὧν ἁπάντων ἀκριβέστερον ἐν τοῖς περὶ χυλῶν ῥητέον, αὐτάς τε τὰς ἰδέας διαριθμουμένους ὁπόσαι, καὶ τὰς πρὸς ἀλλήλους διαφορὰς καὶ τίς ἡ ἑκάστων φύσις καὶ δύναμις (I, 12, 1). His verbis omnem dubitationem removentibus omnia quae libro nono continentur iam indicantur, nam verba ἐν τοῖς περὶ χυλῶν non sunt referenda ad libros quinque a Diogene Laertio commemoratos, sed simpliciter significant ea, i. e. eos libros qui sucos plantarum continebunt. Cur Theophrastus plurali numero ἐν τοῖς usus sit, ita intellego, ut de sucis eorumque viribus initio duos libros scriptos fuisse putem, e quibus noster liber nonus conflatus sit; hunc enim admodum male traditum, permulta omissa esse constat, ac praecipue de radicum coloribus ac magnitudinibus, de sucis fructuum multa excidisse persuasum habeo, quod si probamus, Diogenis quoque verba, qui Theophrastum de historia plantarum libros decem scripsisse refert, explicantur. Ceterum si cui hoc non placet, Theophrasti verba ne éi quidem sententiae repugnare puto, iam ab initio unum modo librum de sucis plantarum scriptum fuisse et ἐν τοῖς περὶ χυλῶν significare: in ea parte operis quae sucos tractabit.

At si librum nonum partem esse historiae plan-

tarum putamus, quomodo illa argumenta quae contrarium demonstrare videntur, cum hac sententia nostra conciliemus? Ab illustrissimo Wimmero et a me, ut opinor, quattuor fere causae sunt allatae, cur aliquis putet hunc librum per se opus efficere diversum ab historia plantarum; ex iis gravissima est ea, quod et rerum dispositio et verba adhibita in libro nono id ostendere videntur. Ordinem rerum non modo non impedire quominus librum cum ceteris coniungamus, sed etiam id postulare, modo demonstrasse mihi videor. Si afferebatur totum dicendi usum alienum esse a ratione ceterorum librorum octo, id quidem non potest dubitari, sed cur hoc factum sit explicare non ita est difficile. Res enarratae, ut dixi, in libro nono plane diversae sunt ab iis quae antea tractantur, aromata praecipue terrarum longe remotarum viresque mirificae multarum plantarum enumerantur, medicorum nugae, medicamentorum usus afferuntur, quibus in rebus dicendi rationem magis variam esse quam in simplici et sterili plantarum enumeratione ac descriptione quis miretur? In libris prioribus, quod materies ipsa secum fert, difficile intellegemus, cur Aristoteles discipulum suum Theophrasti, divine loquentis, nomine ornasse feratur, sed aliquanto magis ad suavissimam Eresii orationem ab antiquis praedicatam liber nonus accedere videtur, atque etiam magis accederet, si memoriae nostrae melius esset proditus. Nec magnus verborum numerus huic soli libro proprius nos debet fallere, nam ne id quidem esse mirum res ipsa de qua agitur docet, quae multa verba praecipue morborum et remediorum usurpari iussit; alia verba Graecis admodum sollemnia in ceteris libris non inveniri recte casui tribuemus, atque id merito fieri nec verborum usum aliis libris alienum

quidquam habere quo offendamur, septuaginta quattuor verborum numerus demonstrat, quae in solo libro primo inveniuntur.

Difficilius est dicere, cur in libro nono numerus plantarum haud parvus commemoretur, quarum in in ceteris libris Theophrasti nulla fit mentio, nam exspectamus eas plantas quas Theophrastus cognovisset in iis libris esse descriptas qui de singulis generibus et speciebus plantarum agunt. Sed in errore versatur is qui putat Theophrastum id studuisse ut omnes plantas quascunque viderit aut quarum aliqua fama ad eum pervenerit, commemoraret ac describeret; id modo vidit, ut eae plantae quas rustici, medici, pharmacopolae, homines non eruditi noverunt, a se explicarentur quod intellegimus ea re quod ab Aristotele plantae commemoratae sunt, de quibus Theophrastus verba non facit, quas tamen profecto non ignoravit, deinde quod multae plantae ab eo semel modo et quasi praetereundo nominantur, quae nusquam describuntur. Propterea non est mirum, quod Theophrastus in libro nono illas plantas enumeravit, nam omnes fere peregrinae et ea solum de causa nominate sunt, quod aut odore aut viribus mirificis excellunt. Ceterum dubitatio cur illas plantas Theophrastus descriptionibus suis non inseruerit, remaneret, etiamsi librum nonum cum historia plantarum non cohaerere statueremus.

Ea res qua Wimmer demonstrasse sibi videtur librum nonum cum octavo non cohaerere, plane nihil valet; eius ipsius verba, ne male referam, reddam: »Nulla est libri noni praeparatio neque signum quod cum illis coniunctus fuerit: nec cohaeret nonus cum octavo rerum continuitate, nec particula δὲ quae nusquam in transitu desideratur, initio libri noni posita

est, quo is a proximo seiungeretur[1])«. Praeparationem libri ut opinor, verba ultima libri antecedentis putat, nam in reliquis libris talia quae sequentem librum indicant saepe invenimus, sed non in secundo, quinto, octavo. Fines librorum secundi et quinti Wimmer mutilos esse censet; fortasse recte, sed vereor ne absentia verba transitum significantia eum in hanc opinionem perduxerint; cur igitur octavum librum in quo item talia verba absunt, non esse mutilum putat? Si finis historiae plantarum ibi esset, eo magis nonnulla verba conclusionem indicantia desideraremus. Absenti particulae δὲ aliquid momenti tribuere, plane est vanum; quotiens Wimmer particulam δὲ in Theophrasti libris restituit aut delevit, et recte fecit! Cur hic non est ausus inserere? Sed id ne opus quidem erat, verba enim prima libri secundi haec sunt: αἱ γενέσεις τῶν δένδρων καὶ ὅλως τῶν φυτῶν κτλ., nec particula quaedam hunc librum cum primo coniungit. Nec plura demonstrari credo verbis extremis libri septimi: τοῦτο γὰρ ἔτι κατάλοιπον ἦν, quibus nihil aliud significatur, nisi ad complendas plantarum descriptiones de frumentaceis loqui adhuc restare.

Alio quoque modo e ratione libri noni Wimmero consequens esse visum est hunc librum ab historia plantarum esse seiungendum. Recte enim animadvertit hunc librum male traditum et magna ex parte a duobus codicibus, Urbinate et Mediceis, bis scriptum esse, sed cum magna verborum discrepantia, atque ita, ut saepe altera recensio alterius scripturas compleat. Sed falso inde colligit hunc librum ex excerptis antiquitus factis manasse, quorum particulas librariorum se-

[1]) l. l. pag. IX.

dulisas conflasset consarcinavissetque. Atque in errore etiam maiore versatur, cum sibi persuadeat ex hac libri noni compositione sequi eum librum per se opus quoddam efficere; ad verbum enim dicit: »Quoniam e membris disiectis excerptisque diversis collectum esse verisimile est, principio eum ad libros de historia plantarum haud pertinuisse conicio«; quam ratiocinationem equidem percipere non possum. Quid enim impedit quominus ea excerpta e libris aut libro aliquo historiae plantarum factae sint, si concedamus recte dici ea excerpta esse?

Debilis ea quoque causa Wimmeri est quam ad comprobandam illam sententiam affert, novum opus significare inscriptiones quae sunt in Excerptis Parisiensibus libri noni περὶ φυτῶν ὀπῶν et in Aldina libri decimi dicti περὶ δυνάμεως ῥιζῶν; quae plane nihil demonstrant, primum quod res eadem diverso modo inscribitur, deinde quod libri quoque tertii Urbinas hanc habet inscriptionem: περὶ ἀγρίων δένδρων τὸ γ', quem librum cum ceteris non cohaerere nemo suspicabitur, denique quod eiusmodi inscriptionibus omnino vis non est tribuenda. Qua de causa secundum ea quae in libro continebantur inscriptiones ortas esse apparet; atque cum demonstrari nequeat Aldinae inscriptionem ex codice aliquo hodie ignoto accurate expressam esse, hanc meram editoris coniecturam habebimus.

At gravioris momenti ea videntur esse quae et Wimmer dixit et ego firmavi, in libris historiae plantarum eas res, quae scriptae sint in libro nono, tractatas esse dici „ἐν ἄλλοις," quod invenitur IV, 4, 14 et VII, 9, 3. Ibi non potest dubitari quin de sucis et viribus plantarum agatur, et ea quae commemorantur

postea in libro nono inveniantur. Num propterea omnia quae antea nobis videmur reperisse de necessitate libri noni in historia plantarum, abiciamus? Minime, nam si verba iam supra commemorata (pag. 42)I, 12, 1: ὑπὲρ ὧν ἁπάντων ἀκριβέστερον ἐν τοῖς περὶ χυλῶν ῥητέον, comparabimus cum verbis IV, 4, 14 et VII, 9, 3, cum librum nonum alienum ab historia plantarum ducenti verba ἐν τοῖς περὶ χυλῶν ad libros illos quinque a Laertio commemoratos referenda sint, mirum illud eveniet, ut Theophrastus libros quinque περὶ χυλῶν inter librum primum et quartum historiae plantarum conscripserit, quoniam eum res quas tractaturus sit iam scriptas esse dicere et quasi opera sua futura laudare, nemo putabit. Equidem haec ita explico. Non est cur Diogenis Laertii verbis Theophrastum libros quinque περὶ χυλῶν scripsisse diffidamus; in his de sucis et plantarum et animalium agendum erat; eos libros Theophrastus ante historiam plantarum scripsit, ad eos verba IV, 4, 14 et VII, 9, 3 sunt referenda, nec mirum est quod similia etiam in libro nono inveniuntur qui necessario multa similia continebat partibus iis de sucis librorum, quae plantarum sucos tractabant. Contra verba I, 12, 1, ut dixi, ad librum nonum pertinent, et ibi quae in hoc ipso opere adhuc explicanda sint dicitur.

Quae his argumentis demonstrare conatus sum, ea nonnullae minores et leviores observationes recta esse testantur. Quod enim Diogenes Laertius decem libros historiae plantarum enumerat et Apollonius Dyscolus in historiis mirabilibus nonnulla tanquam ex historia plantarum Theophrasti, ipso libri numero partim addito, laudat, quae hodie in libro nono exstant, id sententiam

meam admodum verisimilem reddit, nisi forte credamus illum librum nonum iam antiquissimo tempore falso historiae plantarum agglutinatum esse[1]).

Unum denique argumentum sententiae a me defensae ne obliviscar afferre, quod cum semper certissime libros quosdam coniunctos esse in eodem opere monstrat, tum in Theophrasti scriptis nunquam fallit. Sunt enim nonnulli loci in libro nono, ubi Theophrastus verbis ὥςπερ εἴρηται vel similibus utitur, atque ea quae huc sunt referenda non reperiuntur nisi in libris prioribus. Haec sunt:

IX, 1, 4: φυτεύεται γὰρ, ὥςπερ ἐλέχθη, καὶ ἀπὸ δακρύου τὸ ἱπποσέλινον καθάπερ ἡ κρινωνία καὶ ἄλλα. — cf. II, 2, 1: φασὶ δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ἱπποσελίνου· καὶ γὰρ τοῦτο ἀφίησι δάκρυον.

IX, 2, 2: καίτοι φασὶ καὶ τὴν τέρμινθον πιττοκαυτεῖσθαι περὶ Συρίαν· ἔστι γὰρ ὄρος, καθάπερ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εἴπομεν, μέγα τερμίνθων μεστὸν ἅπαν μεγάλων. — cf. III. 15, 3: ἔστι δὲ τὸ δένδρον περὶ μὲν τὴν Ἴδην καὶ Μακεδονίαν βραχὺ θαμνῶδες ἐστραμμένον, περὶ δὲ Δαμασκὸν τῆς Συρίας μέγα καὶ πολὺ καὶ καλόν· ὄρος γάρ τί φασιν εἶναι πάμμεστον τερμίνθων, ἄλλο δ᾽ οὐδὲν πεφυκέναι.

IX, 8, 8: τοῦτο δ᾽ ὅμοιον ἔοικε τῷ περὶ τοῦ κυμίνου λεγομένῳ κατὰ τὴν βλασφημίαν, ὅταν σπείρωσι. — cf. VII, 3, 3: ἴδιον δὲ καὶ ὃ λέγουσι κατὰ τούτου (sc. τοῦ κυμίνου)· φασὶ γὰρ δεῖν καταρᾶσθαί τε καὶ βλασφημεῖν σπείροντας, εἰ μέλλει καλὸν ἔσεσθαι καὶ πολύ.

IX, 19, 1: πρὸς δὲ τὴν ψυχὴν τὸν μὲν στρύχνον, ὥςτε παρακινεῖν καὶ ἐξιστάναι, καθάπερ ἐλέχθη πρότερον. —

[1]) v. Apollon. hist. mir. 29. — Theophr. IX, 17. 4. Apoll. 31. — Theophr. IX, 17, 4. Apoll. 41. — Theophr. IX, 18, 2. Apoll. 48. — Theophr. IX, 11, 11. Apoll. 50. — Theophr. IX, 17, 3.

cf. VII, 15, 4: τὰ δὲ ἐν ἐλάττοσιν, ὥςπερ ὁ στρύχνος ὁμωνυμίᾳ τινὶ παντελῶς εἰλημμένος· ὁ μὲν γὰρ ἐδώδιμος καὶ ὥςπερ ἥμερον, καρπὸν ἔχων ῥαγώδη, ἕτεροι δὲ δύο εἰσὶν, ὧν ὁ μὲν ὕπνον ὁ δὲ μανίαν ἐμποιεῖν δύναται.

Neque haec sola inveniuntur, sed, quod non levis est momenti, semel in libris causarum quaedam afferuntur, quae praeter librum nonum historiae nusquam exstant, ac diserte ἐν ταῖς ἱστορίαις narrata esse dicuntur: C. II, 6, 4. θαυμασιώτερον δ' ἂν δόξειεν, εἴ τι γλυκὺ καὶ πότιμον (sc. ὕδωρ) ἢ ὅλως ἄτροφον ἢ μὴ τελεσφόρον ἐστὶν, ὥςπερ καὶ τὸ περὶ τὴν Πυρραίαν, ὃ καὶ ἐν ταῖς ἱστορίαις εἴρηται. — cf. IX, 18, 10: ἐνιαχοῦ μὲν γάρ φασι τὸ ὕδωρ παιδογόνον εἶναι γυναιξὶν, ὥςπερ καὶ ἐν Θεσπιαῖς, ἐνιαχοῦ δὲ ἄγονον, ὥςπερ ἐν Πύρρᾳ· τοῦτο γὰρ ᾐτιῶντο οἱ ἰατροί.

Multo brevius quam de quaestione modo tractata, cui et propter gravitatem et propter dubitationes multas magnasque ob eam ortas amplius concessi spatium, de altera poterit agi, quae ad auctoritatem libri sexti causarum spectat. Nusquam enim invenire potui hunc librum a ceteris alienum esse expresse obtineri; atque omnino nonnullam suspicionem haberi demum e Brandisii historia philosophiae Graeco-Romanae didici, qui haec dicit: »Das letzte buch von den ursachen der pflanzen für ein diesem werke ursprünglich fremdes und für den dritten theil einer umfassenderen schrift über geschmack und geruch überhaupt zu halten, scheint mir nicht grund vorhanden[1]);« et longius sententiam suam firmat, quamquam nonnulla quae dubitationem movere possint adesse non negat. Post haec cognita iterum Meyeri verba inspiciens haec quidem

[1]) l. l. Thl. III. Abth. 1, pag. 321.

Brandisii iudicium provocasse, sed ipsa certo ac distincte nihil proponere animadverti. Sunt enim apud Meyerum haec: »Dieselben gründe, aus denen einige das letzte buch der geschichte der pflanzen für eine ganz besondere schrift halten, treten auch hier ein. Ja, wenn der verfasser im dritten kapitel sogar von drei klassen riechender und schmeckender dinge spricht, von den pflanzen, den thieren und anderen dingen, die entweder künstlich gemischt oder von natur verändert werden, und dann doch das ganze buch hindurch ausschliesslich vom geschmack und geruch der pflanzen handelt, so könnte man leicht auf die vermuthung kommen, es läge uns nur noch der dritte theil eines umfassenderen werkes über geschmack und geruch überhaupt vor[1])«. Sed si recordamur Meyerum Wimmeri sententiam de libro nono historiae prolatam non probasse, ad separandum quoque librum sextum causarum haec argumenta non sufficientia eum aperte duxisse, nobis patet. Atque omnem tollunt dubitationem verba sequentia, quibus diserte illum librum retinendum atque cum causarum libris coniungendum esse dicitur. Qua de causa, cum neque ab illis viris doctis liber sextus strenue damnetur[2]) neque a me novis argumentis in suspicionem possit vocari, sed cum ceteris bene cohaereat, merito eum causarum libris Theophrasti adnumerari statuo.

---

[1]) Geschichte der Botanik, Bd. I, pag. 176 sq.

[2]) cf. Zeller, Philosophie der Griechen. II, 2, pag. 645, adnot. 1. (edit. secuud.): »Ebenso muss ich Meyer und Brandis recht geben, wenn sie den gedanken, dieses sechste buch de causis plant. könnte eine besondere schrift, oder gar unächt sein, wieder fallen lassen.«

In universum igitur omnia quae in Theophrasti libris phytologicis scripta sunt, ab hoc auctore profecta esse adque haec opera pertinere recte dicuntur; ergo ad quaestiones initio mihi propositas omnia possunt adhiberi, quas, ut dixi, brevi tempore publico iudicio offeram.

Sententiae controversae.

1) Libri qui inscribi solet Θεοφράστου χαρακτῆρες Theophrastus Eresius non est auctor.

2) Praeter Clidemum vel Clitodemum Atthidum scriptorem alter Clidemus philosophus post Anaxagoram floruit.

3) Androtion, Menestor, Leophanes, Chartodras libros de re rustica composuerunt.

4) Theophrasti libri phytologici post annum 303. a. Chr. sunt confecti.

Vita.

Oskar Kirchner Nonis Septembribus a. h. s. L I. Vratislaviae natus sum patre Carolo matre Aemilia e gente Rother, quos ambos adhuc superstites veneror. Fidei addictus sum evangelicae. Primis literarum elementis imbutus octo annorum puer scholam adii gymnasio Magdalenaeo subiunctam; dein gymnasium ipsum, quod tum Carolo Schoenbornio rectore florebat, usque ad annnm h. s. LXIX. frequentavi. Testimonio maturitatis instructus a v. ill. Raebigero tum fasces tenente huius universitatis Viadrinae civibus mense Aprili a. h. s. LXIX. adscriptus philologorum in gregem receptus sum; tamen amore rerum naturalium captus botanicae quoque operam dedi. Per quinque semestria Vratislaviae audivi vv. ill. Blümner, Caro, Cohn, Elvenich, Förster, Hertz, Karow, Neumann, Reifferscheid, Rossbach, Rückert, Schmölders, F. W. Schultz, Stenzler, Zupitza; nec non mihi permissum est, ut inter seminarii regii sodales extraordinarios reciperer, cuius exercitationes tum v. ill. Hertz moderabatur, et in instituto phytophysiologico, Cohnio benigne docente, operam darem. Post hoc tempus Berolinum me contuli, ne tum quidem rem herbariam plane omittens, tamen acrius in studia philologica incumbens. V. ill. Dove eo tempore rectore universitatem Fridericiam Guilelmam adii, ubi scholis horum virorum interfui: A. Braun, Harms, Haupt, Heidemann, Kirchhoff, Müllenhoff. Hic mihi contigit, ut per bis sex menses seminarii regii philologici sodalis essem, Hauptio et Kirchhoffio magistris usus; etiam ill. Braun ad disputationes botanicas, Kirchhoff ad exercitationes philologicas, Kny ad disquisitiones botanicas instituendas benigne me admiserunt. Unum post annum Vratislaviam reversus per anni spatium scholas Cohnii, Göppertii, Rossbachii, Weberi, A. Schultzii frequentavi, Diltheyi exercitationum de Kantio et Cohnii disputatorii botanici fui particeps. Inde a mense Aprili usque ad Novembrem anni praeteriti muneribus adiutoris in instituto phytophysiologico functus sum. Omnibus praeceptoribus pio animo gratias debitas nunc ago, referre studebo.